



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Qvæstiones Morales Selectiores De Lege Interna Et Externa

discussæ, ac Resolutæ, & in duos Libros divisæ, In quibus, propositis casibus, prima quædam principia, ad plurimas alias Quæstiones similes resolvendas perutilia, subinde examinantur

[De Lege Interna]

Beati, Gabriele

Augustæ Vindellicorum, 1729

VD18 90108957

Liber Primvs De Lege Interna.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39908



LIBER PRIMVS

DE LEGE INTERNA.

PROXIMA ac immediata nostrarum operationum regula, est conscientia, quæ, quia intra nos est, appellari solet Lex interna; quia verò indita nobis est ab Auctore naturæ, vt per eam nos inclinet ad rectè operandum, & per eas operationes, quasi moueat ad nostrum finem vltimum, qui est Beatitudo, ac summa felicitas; sicut per gravitatem inclinatur lapidem ad motum deorsum, & ignem per leuitatem ad motum sursum, dicitur ius siue lex naturalis. Huius conscientiæ, siue legis internæ, quinque sunt species: erronea, dubia, probabilis, recta, ac scrupulosa. Singularum ergo specierum natura, ac proprietates, variis casibus propositis, examinantur, in ordine ad culpam, ad pœnam, & ad actuum valorem. Et quoniam Conscientia dubia essentialiter supponit ignorantiam rei, de qua dubitatur, & erronea errorem, quæ duo opponuntur libertati, sicut aliquo modo opponitur etiam metus; ideò simul etiam de his impedimentis quæritur, an & quomodo excusent à culpa, & à pœna, & actuum valorem impediunt. Denique peccati, quod legi internæ opponitur, natura, passiones, ac species perpenduntur.

R. P. Beati Lib. I.

A

QUÆ